



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

342. Si Episcopus aut Presbyter esse Ecclesiæ quocunque ingenio alienare  
præsumpserit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

nem posituros in conspectu Dei , & nisi eas fi-  
deliter pauperibus & his qui præmissi sunt ad-  
ministraverint , damna\* patiendos. Qualiter  
verò dispensari debeant , canones sancti insti-  
tuunt ; scilicet ut quatuor partes inde fiant,  
una ad fabricam Ecclesiæ relevandam , altera  
pauperibus distribuenda , tertia Presbytero  
cum suis Clericis habenda , quarta Episcopo  
reservanda , ut quicquid exinde juss erit , pru-  
denti consilio fiat.

Si Episcopus aut Presbyter rem Ecclesiæ  
quocunque ingenio alienare præsump-  
serit. *Ex Concilio Bracarense.*

Concil Bra-  
car 2. c. 17.  
Burchard. lib.  
3. c. 179.

C C C X L I I . Si quis Presbyter aut Dia-  
conus inventus fuerit de ministeriis Ecclesiæ  
aliquid venundasse , quia sacrilegium commi-  
sit , placuit eum in ordinatione Ecclesiæ non  
haberi. In judicio tamen Episcopi dimitten-  
dum est siue dignus sit siue indignus in suo re-  
cipi gradu.

Ut nulli Præfulti possessionem magnam vel  
parvam Ecclesiæ liceat in perpetuum alie-  
nare. *Ex decretis Symmachii Papæ.*

Concil. Ro-  
man. 3. sub  
Symmacho  
c. 4.

C C C X L I I I . Ut nulli apostolicæ sedis  
Præfulti liceat prædium rusticum , quantæcum-  
que fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis , sub  
perpetua alienatione vel commutatione ad cu-  
juslibet jura transferre. [ *Vide Concilium Pa-  
riense lib. 1. cap. 17.* ]

De eadem re. *Ex eodem.*

Ex eod. Conc.  
Rom. c. 5.

C C C X L I V . Sancte domus in quibuslibet  
urbibus